

Debt & number
1236/7a 25
8
DIET. HERM. KEMMERICHI,
JCTI

SERENISS. SAXON. DVGVM STIRP. ERNEST. CONSIL. AVL,
FACVLT. JVRID. PRÆSIDIS ORDINARII DESIGN.
EJVSDEMQVE H. T. PRO-DECANI

PROGRAMMA
DE
JURE FORESTI
NOBILIBVS IMP. IMMEDIATIS

QVOQVE COMPETENTE,
DISSERTATIONI INAVGVRALI
NOBILISSIMI JVR. CANDIDATI
DN. IVSTI GEORGII HEVSERI,

EYSENBACENSIS RIEDESELICI,
DE
JURE GLANDIS LEGENDÆ,

PRÆMISSVM.





Us FORESTI, Forst-Recht, Forst-Gerechtigkeit, a Germanica voce, Forst (a), denominatum, quod in specialiori sensu a Banno Ferrino, sive jure circa venationes, secernitur (b), ac circa Sylvas, harumque emolumenta, maxime versatur, duplicit generis Jura complectitur: Jura scilicet dominii, alias juris realis, atque Jura imperii (c). In dominio non solum Principum, sed & privatorum, quin sylvae esse possint, nemo cum ratione dubitaverit, praesertim cum & experientia idem loquatur. Dominio igitur Sylvae qui gaudet, uti proprietatem ejusdem, ita & emolumenta, jure suo sibi vindicat,

(2)

atque

(a) *Forestum*, seu *Forestia*, Forst, ex proprietate Germanicæ lingue nihil aliud est, quam nemus aut sylva, & proprie significat latum nemus sine clausura, einen grossen Wald, der mit Wasser oder sennsten nicht beschlossen ist, uti observat WEHNERVS in *Observ. Pract. v. Forst-Recht.* Add. BESOLD. THESAVR. Pract. v. Forst; Paulo alter *Forustum* describit, Illustris ECKER DORFFIVS im *Fürsten-Staat P. III. Cap III. sect. 6. n. 2.* ubi ait: das Wort Wald ist ein gemeine Naßme, welcher einem Ort, und sonderlich einem grossen Bezirk, da Holz steht, gegeben wird. Einen Forst aber nenmet man einen gewissen beschries benen oder gemessenen Craiz von etlichen Bergen Thälern oder Henden, darüber ein Förster bestellt ist, doch kan derselbe manchmal in mehr Theile und Forst-Aemter unterschieden werden.

(b) Conf. MEICHNER Tom. III. Lib. II. Decis. 2. & BEYER Delin. *Jur. Germ. L. II. Cap. III. n. i.* Jus autem *Forestale*, in latiori sensu acceptum, utramque complectitur, v. RHEM. *Infl. J. Publ. L. 2. Tit. XVIII. §. 1.* ubi istud describit, quod sit potestas circa *Sylvas & arbores*, tum quoque *foras custodiendas & capiendas*: atque hinc §. 4. duas has partes regulariter habere docet, jus foresti, & bannum ferinum, quamvis eadem interdum sint sejunctæ, ita, ut alius jura *forestalia*, alius *venationes* habeat. Add. *Introd. m. ad Jus Publ. L. 7. C. VII. §. 41, 42.* Ceterum differentia inter Jus *Foresti* & *Bannum ferinum* ex eo quoque perspicieunt, quod in aulis Principum officia der Jägermeister und der Forstmeister distincta sint. Add. BESOLD. l. c.

(c) Vulgo promiscue minusque distincte jura *forestalia* recensentur, uti videre licet apud BESOLD Vm l. c. nec non WEHNERVM l. c. Distinctus processit TITIVS in *Jure Priv. L. 8. C. XIV. §. 20.* ubi; *Jus foresti*, inquit, *dominium sylvarum publicum*, ac *imperium circa eas in-sudit*: sub illo contingunt *proprietatis sylvae*, cum *consuetis effectibus*, &

JUS

atque adeo a possessione pariter ac usu sylva quoquinque alios merito excludit. Hinc & jus lignandi in sylva sua, adeoque & arbores efficas aut vi ventorum fractas vel dejectas, die Windfälle oder Windbrüche, sibi habendi (d), lignaque in carbones redigendi, & eradicandi arbores, sylvamque in agrum vel pratum convertendi, itemque fructus omnes ex arboribus capiendo, poma sylvestria percipiendi, cumprimis glandes legendi, nec non jus pascendi pecora atque saginandi porcos in sylva sua, jure dominii, libere regulariter exercet: atque adeo de proprietate pariter ac usu sylva sua libere disponit, lignationes quasdam per modum servitutis aliis concedit, pastum porcorum, die Eichel-Mast aliis locat, pensionesque inde percipit, & quae sunt hujus generis alia. Sed facile intelligitur, liberius haec iura in allodialibus sylvis, quam in feudalibus, aut usufructuaris, exerceri, variisque limitibus, lege, vel pacto, vel praescriptione, ea circumscripta esse posse. Sic aliter usufructuaris utitur sylva cædua, aliter non cædua. Alia quoque ratio circa jus lignandi, pascendi vel saginand obtinet in sylva communi, alia in sylva propria. Sed & ratio saepe habenda illius, cui jus venandi, a jure foresti sejunctum, in sylva aliena competit, ne arboreis nimium succidendo venationibus noceatur. Plane alia sunt posterioris generis iura circa sylvas, quæ scilicet ex Imperio, sive Potestate regendi territoriorum, præsertim Legislatoria & Judicaria Potestate, proficiuntur, ac generali nomine, Forstliche Obrigkeit, Forstliche Herrlichkeit (e), appellantur; quippe quæ curam sylvarum publicam gerunt, eaque, quæ ad conservationem & usum sylvarum publicum spectant, publicæ utilitatis causa, dirigunt. In hunc igitur censum referuntur: i) Jus Leges & Ordinationes forestales condendi, tempus ac modum lignandi, pascendi, saginand, in sylvis praescribendi, nihiac lignandi licentiam in forestis cohibendi, eradicationem truncorum, das ausstochen, si haec sylva noxia videatur, prohibendi, vel etiam præcipiendi, ut dumeta & fruticeta excidantur, quo novellæ arboreis tanto felicius ad proceritatem evulantur, aut vicissim ut fruticetis atque surculis arborum adolescentibus parcatur, das die jungen Gehäue gewisse Zeit, bis auf das vierte, fünfte Laub müssen geschnitten werden, neque adeo caprea, oves, sues, in forestis per definitum

jus venandi; sub hoc vero potissimum, fotografias ferendi leges, & iurisdictio forestalis.

(d) v. HORNII Disp. de eo, quod justum est circa Arbores turbine dejectas. Vitemb. A. 1716. hab.

(e) v. HERTII Diff. de Superior. Territ. §. 49.

finitum temperis spatium pascantur (f). 2) *Jurisdictio forestalis*, sive potestas de controversiis forestalibus ac venatoriis cognoscendi, nec non delicta forestalia, adversus leges forestales commissa, veluti furti lignorum aut ferarum, criminali quoque poena vindicandi: quæ adeo vi juris forestalis exercetur, licet jus Centæ & Vogteiæ in districtu universaliter alii competat. 3) *Jus Magistratus Ministrorum forestales* sive *Saltuarios*, *Ober-Först-Meister*, *Först-Meister*, *Ober-Förster*, *Förster*, *Först-oder-Holz-Knechte*, *Först-Läufer*, constituendi (g). Jam utrum Jura hac forestalia, in compendio hucusque enarrata, ad *Regalia*, vel, si mavis Jura Majestatica, aut *Territorialia* sint referenda, adeoque non nisi summis Imperantibus, aut Dominis Territorialibus, competant? ante omnia merito disquiritur. Atque hic usus distinctionis, superius expositæ, inter jura dominii & imperii sese exerit. Scilicet in bonis Principum aut Dominorum Territorialium Cameralibus etiam *Sylvas* sive *Forestas* inveniri, experientia docet. Sed jura dominii, quæ in his competit, ipsis cum privatis fere sunt communia: adeoque ad regalia, territorialia, majestatica, neutiquam pertinent. Alia est ratio jurium, quæ ex imperio fluunt: quippe quæ utique, prænata, vel ad majestatica, vel ad territorialia, vel etiam ad regalia nuda, referri possunt.

His ita præpositis, facilius erit, de Quæstione; An & Nobilibus Imperii immediatis, *Jus Foresti* competat? statuere. Evidem id mihi videri posse, nullum auctorem, qui de iuribus Nobilitatis Immediatae

X 3

diatæ

(f) De his Potestatis Legislatoriæ iuribus generatin notari mereatur, nullum adversus ea jus prohibendi, nec per præscriptionem immemorialem, subditis acquiri posse. In quam sententiam a Facultate Juridica Vitembergeni, A. 1720 ad Quæst. Ob in demjenigen Gehölzen, etsi über Menschen Gedanken keine Schäue gehaften, und andre darinnen Huth Weyde und Triest haben, diesen zum præjudiz dergleichen angeordnet werden könne? a J. Fr. Lib. Barone de M. eidem propositam, responsum fuit, atque existimatum, jus ferendi leges, in publicam Territorii ac subditorum utilitatem, per non usum, aut præscriptionem immemorialem a Domino Territoriali non posse amitti. v. *Responsum de iure eorumque Syllog.* i. p. 16 seqq.

(g) V. BESOLD. *Ihesaur. Pract.* I. c. WEHNER. *Observ. Pract.* I. c. SECKENDORF. I. c. RHET. I. c. LEISSER. J. Georg. L. 3. Cap. XI. n. 39. &c. seqq. HERT. I. c. BEYER. I. c. TIT. I. c. ubi omnia & singula haec iura, sive ex dominio, sive ex imperio provenientia, fusi enarrantur & explicantur.

250

diate commentatus est, Jus quoque foresti in censem eorum retulisse (b). Ex Superioritate quoque territoriali idem ipsis vindicare vix licebit, quod haec a plerisque Juris Publici doctoribus iisdem negetur. Nihilo tamen secius inter jura ipsorum eximia, jurium territorialium emula, Jus quoque Foresti collocari utique mereatur. Dari namque in Lociis ipsorum atque districtibus etiam Foresta, non dubitandum; cum sylva quoque celebriores, veluti, Schwarzwald, Odenwald, Steigerwald, Westerwald, inter Loca eorundem memorentur. Quodsi jam Foresta talia in patrimonio sint ipsorum Nobilium Immediatorum, jura domini pariter, ac impetui, praesertim jus condendi ordinationes forestales ac saltuarios constituendi, itemque jurisdictionem forestalem ab iisdem exerceti in illis posse, facile est ad intelligendum. Quod si vero in patrimonio sint subditorum, vel singulorum, veluti Civitatum, aut Pagorum, jura dominii quidem in illis cessant, Ordinationes tamen forestales recte iisdem prescrivent, atque de controversiis eorum forestalibus delictaque forestalia puniunt. Cum enim jus statuta condendi subditisque suis prescribendi, itemque jurisdictione vel merum imperium in genere ipsis denegari nequeat, quin eadem jura circa negotia delictaque forestalia ipsis tribuenda sint, non dubitandum. Ceterum facile intelligitur, haec omnia non nisi de illis Nobilium Immediatorum Sylvis, que extra territorium Principum & Statuum vicinorum sita sunt, esse accipienda. (i) Haec de Jure Foresti tum

(b) v. FELTZII Diatribe de Superior. Terr. Nobilit. Immed. ubi nihil quidem de Jure foresti habet, sed P. Spec. §. 14. 15. tamen Jurisdictionem Criminalem etiam, itemque jus condendi ordinationes in Ecclesiasticis & Secularibus, Nobilibus Immediatis tribuit: ex utriusque vero applicatione ad forestalis objecta, facile & jus ordinationes forestales condendi & Jurisdictionis forestalis derivari poterit. In BVRGMEISTERI quoque Reichs Ritterschaft, Corpore Juris sive Cod. Diplom. p. 552. seqq. varia quidem Acta publica & Documenta de liberis venationibus, der freyen Putsch, Nobilium Immediatorum in sylvis vicinis extant: nihil vero istud de Jure Foresti ibidem inventur. In ejusdem tamen Tractatu de Statu Equestris C. & Imp. R. G. & quidem præfatione ex Consiliis MSSStis VIII Breitschwerdtii, a CONRADO KREIDEMANNO in Tr. de Statu Nobilitatis Immediatae Suevia memoratis, capita quædam huc spectantia recensentur; scilicet, von dero Jagdbarkeit, auch theils Wildbahn, Reckerich, Muhung, Hollschlag, Viehtrieb, wilden Früchten, Aussichten, Haltung der dem Wildbrett unschädlicher Hunde, Strafe derer im Ritterschaft, Territorio delinquirenden Forst-Knechte ic.

(i) Ad illustrationem hujus argumenti forte non nihil facient verba

tum in genere; tum speciatim Nobilibus Imp. Immediatis competente, commentari placuit, occasione Dissertationis Inauguralis, quam de *Jure glandis legende*, seu particula Juris in forefis exercendi, conscriptis

NOBILISSIMVS JVRIVM CANDIDATVS
DN. IVSTVS GEORG. HEVSEVRVS.

De cuius vita & studiis ut pauca quædam, more consueto, addam: In lucem is editus est 1710. d. 3. April Eysenbaci in ditione Riedeselia na sit, a Patre, Johanne Wilbelmo Heusero, Goetziæ Dynastia quondam Praefecto Conductore, ante sexennium jam defuncto, & matre Johanna Rebecca Beutelia. Ab his primum A. 1717. Pastori Wallenrodeni Horstio, ac dein A. 1719. Rectori Schlitzensi Schredero, ad prima bonarum litterarum elementa imbibenda, traditus est. A. 1721. in Pädagogium Darmstadtinum missus est, ad humaniora maxime studia, Mickelii, Hagenbuschii, Hoffmanni, Zahndii & Henckelii ductu, excolenda. De hinc A. 1724. Parentum iussu, Gieslam se contulit, ubi initio elegantiora studia, praeunte Magistro Bennero, continuavit. Et cum ab iisdem studio Medico dicatus esset,

curæ

verba gravaminis cujusdam, a Statibus Franconiaæ inferioris conditio nis adversus Status ejusdem superiores proposti, apud WEHNER. in Observ. Præf. I. c. extantia, sequentia: Es habe kein Fürst oder Herr in Franken nie keine Forstliche Obrigkeit gehabt, und noch nicht, außers halb was sie auf ihren eigenen Wälden haben, so ihr selbst allein seyn, und sonst kein Graf, Herr, vom Adel oder Stadt, kein Theil daran hat, aber auf der Grafen, Herrn, vom Adel, Wälden und Gütern, hat kein Fürst oder Herr in Franken keine Forstliche Obrigkeit. Doch hat der Stift Würzburg ein Wald, der Salz-Forst genannt, und dannoch ein andern, der Hassberg genannt, darauf der Stift Forstliche Obrigkeit prätendiret. Nichts destoweniger haben etliche vom Adel, auch Klöster und andere Gerechtigkeit darinn, ihr Brenn- und Bau-Holz zu haben, ob sie gleich sonst keinen Theil am Wald haben. Unangesehen dieses alles wollen etliche Fürsten jczunder einer Forstlichen Obrigkeit, wo sie den hohen Wildban haben, prätendiren, und haben doch kein Forst-Gericht oder Forst-Recht: wi dann eine jede Obrigkeit ihr ordentlich Gericht mit dergleichen Personen besetzte haben soll, daran die Personen, und die Sachen, darüber die Forstliche Obrigkeit soll zugehörigthen haben, gerechtsame werden möchten.

Q. G. O.

cūræ ac institutioni Archiatri Hasso - Darmstadtini Doctoris Ruppii
prositus traditus est. A. 1727. albo Studiosorum sub Regimine Aca-
demico Hartungii, Jurium Professoris, in Academia Giessensi, in-
serus, Verdriessii & Herrii, Medicinae Professorum, Collegia phy-
sica, anatomica & botanica frequentavit. Inde A. 1729. in hanc
Academiam migravit, ubi, suauis Fautorum atque Amicorum, stu-
dium Medicum cum Juridico permutavit: in quo ut eo feliores fa-
ceret progressus, omnibus hue facientibus scientiis ac disciplinis se-
dulam navavit operam. Hinc in Historicis, Exercitiis Styli, Philo-
sophicis, Jure Naturali, Civili, Canonico, Criminali, Feudali. &
Publico, nec non Scientia Camerali & Praxi Forensi. Celeberrimis
atque Doctissimis hujus Academias Antecessoribus ac Professoribus,
Clarissimisque Viris, BRÜCKNERO, STRUVIO, BECKIO,
BRVNQVELLIO, HERTELIO, FLÖRCKIO, HEIM-
BVRGIO, SCHMEITZELIO, HALLEAVERO, REV-
SCHIO, KÖHLERO, Secretario BRVN NERO, atque inter
hos etiam me, Doctoribus usus est. A. 1733. dignus judicatus fuit,
cui Ephoria in Generosissimum Juvenem, Viti Perillustris, atque Ad-
ministri Saxo-Isenacensis Primarii, Domini GÆRTNERI de GRV-
NECK, filium optimæ spei, concederetur. Denique, ut nec specimen
studiorum publicum decesset, A. 1734. Disputationem de usu Philosophie
in Facultatibus superioribus, Preside M. CRAMERO, (cui, ob raram ipsius
fidei integrerimaque amicitiam, quam expertus est, immortales gratias
se debere ingenue fatetur,) pro cathedra defendit.

Tandem cum studia sua ex Academia in Forum transferre
decrevisset, atque ad Summos in Jure Honores adspirare e re sua fore
existimat, honestaque hæc desideria sua Ordini nostro modeste ex-
posuisset: ad consueti Examina admisus, talem in iis se se exhibuit,
ut cathedram quoque publicam, Disputationi Inaugurali de Jure
glandis legenda, sub Praesidio Viri Consultissimi atque Excellentissimi,
Domini JOH. FRIEDER. HERTELII, Antecessoris in hac
Academia Celeberrimi, ventilandæ, ipsi aperire non dubitaverimus.
Cui actui cum dies Febr. dictus sit: mearum partium est, PRO-
RECTORUM ACADEMIÆ MAGNIFICVM, ILLV-
STRISSIMOS COMITES, PROCERES VENERAN-
DOS, Civesque ac Hespites omnium Ordinum honoratissimos suavif-
simosque, ut hunc actum honorifico sua praesentia condecorare
velint, qua par est observantia ac humanitate,
rogare. P. P. Jenæ A. M DCC XXXVI.

D. Mart.


65 (0) 50

ULB Halle
005 304 989

3



vDn8



B.I.G.

Black

White

3/Color

Magenta

Red


Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13



Debito numeri.
627

1836/77a

25

DIET. HERM. KEMMERICHI, JCTI

ERENISS. SAXON. DVCVM STIRP. ERNEST. CONSIL. AVL.
FACVLT. JVRID. PRÆSIDIS ORDINARI DESIGN.
EJVSDEMQVE H.T. PRO-DECANI

PROGRAMMA

DE

JVRE FORESTI NOBILIBVS IMP. IMMEDIATIS

QVOQVE COMPETENTE,

DISSERTATIONI INAVGVRALI

NOBILISSIMI JVR. CANDIDATI

N. IVSTI GEORGII HEVSERI,

EYSENBACENSIS RIEDESELICI,

DE

IVRE GLANDIS LEGENDÆ,

PRÆMISSVM.

